CATALOGVS LIBRORVM QVI HOC ANNO M. D. LXXIIII. INEVNTE OCTOBRI, TVM INSEQVENTI, IN DVCALI MONACHIENSI SOCIETATIS IESV GYMNASIO, AVDITORIBVS EXPLICABVNTVR.

IN PHILOSOPHIA MORALI.

Ariſtotelis De moribus ad Nicomachum libri.

IN MATHEMATICIS.

Aſtronomiæ, & Geometriæ elementa.

IN PHILOSOPHIA NATVRALI.

Ariſtotelis libri de Phyſico auditu, de Cœlo, de Ortu & Interitu, de Meteoris, de Anima.

IN LOGICIS.

Inſtitutiones Dialecticæ Petri à Fonſeca.
Porphyrij Iſagoge, & Ariſtotelis logica.
In his Gymnaſijs præter quotidianas repetitiones, & diſputationes priuatas, octauo quoque die publicè diſputabitur. Generales preterea diſputationes ſingulis Menſibus habebuntur.

IN GRÆCIS.

Δημοσθένους ὀλυνθιακοὶ λόγοι.
Παιδία κύρου, Auctore Xenophonte:
Ἡσιόδου τοῦ ἀσκραίου ἔργα καὶ ἡμέραι.
Syntaxis Iohannis Varennij Græca.
Inſtitutiones linguæ Græcæ Nicolai Clenardi.
Iſocratis oratio ad Demonicum.

M. T. CICERONIS.

Partitiones oratoriæ.
Orationum volumen II.
Plinius ſecundus de viris Illuſtribus.

IN SCHOLA HVMANITATIS.

C. Iulij Cæſaris commentarij de bello Gallico.
Cypriani Soarij de arte Rhetorica libri III.
M. Hieronymi Vidæ Poeticorum libri III.
P. Virgilij Maronis Æneidos libri.
Emanuelis Aluari de dimenſione ſyllabarum liber.
In his duobus Gymnaſijs, orationes tum latinæ, tum Græcæ, ſolutis verbis & carmine crebrius erunt.

IN PRIMA SCHOLA GRAMMATICÆ.

M. T. Ciceronis Epiſtolæ ad Familiares liber I.
Emanuelis Aluari de Inſtitutione Grammatica liber II.
P. Ouidij de triſtibus libri.
Cornelij Valerij de Proſodia libri.
Linguæ Græcæ elementa.

IN SECVNDA SCHOLA GRAMMATICÆ.

M. T. Ciceronis Epiſtolæ ſelectiores.
Emanuelis Aluari de Inſtitutione Grammatica liber I.
Eiuſdem de conſtructione VIII. partium orationis libellus.

IN TERTIA SCHOLA GRAMMATICÆ.

De formandis Puerorum moribus libellus.
Etymologiæ breuis ratio.
M. Catonis libellus, Catechiſmus, & ſelectæ ac faciles Ciceronis Epiſtolæ.
In his intelligẽdis & memoriæ mandandis Tyrones exercebũtur.

IN SCHOLA INFIMA.

Declinandi & inflectendi nomina, & verba formulas docebuntur, vna cum puerilibus, colloquijs, & primis doctrinæ Chriſtianæ elementis: vt cum primis literarum initijs veræ pietatis ſemina puerorum animis inſerantur.

CHRISTIANO LECTORI. S.

QVod annò ſuperiori certo à nobis conſilio factum eſt, vt Catalogo lectionum publicè euulgato inſtituti curſus Philoſophici, ſtudiorumq; reliquorum rationem tibi candide lector explicaremus: idem paulo breuius, in commodum iuuẽtutis, faciundum modò etiàm duximus: vt omnes intelligant, quid in publica ſtudiorum adminiſtratione, homines publicæ ſalutis amantes, ab hoc Ducali SOCIETATIS IESV Gymnaſio expectare inpoſterum debeant. Primo itaq; anno curſus Philoſophici confecto, ſecundi initium faciemus ab explicatione illorum librorum Ariſtotelis, qui ad Philoſophiæ naturalis explicationem pertinent. Alius autem Profeſſor logicæ organum auſpicabitur: vt adoleſcentes habeant non ſolum ingenij, ſed etiam copioſæ doctrinæ, magnam exercitationem. Et licet annis ſuperioribus, loci anguſtia, magno iuuentutis incommodo, nec mediocri noſtro dolore coacti fuerimus multos excludere: verum nunc egregia Illuſtriſs. vtriuſq; BAVARIÆ DVCIS ALBERTI munificentia, maior loci cõmoditas dum ſcholæ ampliores exædificantur aſsignata nobis eſt. Nihil enim optimus, idemq; religioſiſsimus Princeps, prius habere videtur, quàm quopacto, iuuentutis eruditione, non ſolum Bauaria, verum etiam, vniuerſa Chriſtiana Reſpub. hiſce difficillimis temporibus, iuuari, & ex tot incommodis, quibus iam plures annos miſerè affligitur, aliquopacto recreari poſsit. Nos quoad licebit, dabimus operam, vt de nobis conceptæ expectationi reſpondeamus. Te verò, Candide lector, etiam atq; etiam rogamus, & in Domino hortamur, ne tàm inſigni Principis liberalitate, negligenter vti velis. Vale.

LAVS DEO OPT. MAX. VIRGINIQVE MATRI.

A.1574.